



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio vigesima.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

13 Ad secundum dicendum quod peccata patrum praecedentia passionem Christi fuerunt remissa virtute passionis Christi, non quidem exhibita, sed credita, sicut enim dictum fuit passio Christi est causa remissionis peccati quoad culpam inquantum inclinat animum ad dilectionem Dei & detestationem peccati, quod potest facere credita, sicut & exhibita, sed dimisso peccati quoad proximam totaliter fuit per passionem Christi adhuc exhibita, & ideo tales remissionem non receperunt ante passionem Christi, unde omnes descendebant in lumen, vel in purgatorium. Peccata autem sequentia passionis Christi per eam fuerunt dimissae quoad sufficientiam in omnibus non autem quoad efficientiam, & hoc modo potest peccatum dimitti antequam fit, sicut potest parari medicina que sufficiens est expellere vel sanare morbum etiam in futurum.

14 Ad tertium dicendum quod passio Christi fuit vniuersalis causa remissionis peccatorum quoad oportet applicare ad singulos ad hoc ut in eis sortitur suum effectum, quae applicatio fit per fidem, & charitatem, & sacramentorum susceptiorem, propter quod talia non superfluent.

Q V A S T I O S E C V N D A .

Vtrum propter liberationem nostram factum per passionem Christi datur redemptor noster.

Tho. 3. q. 48. art. 4. Q. 5.

SECUNDO queritur, vtrum ratione talis liberationis Christus positi dici redemptor. Et videtur quod non. Quicunq[ue] redimit aliquid solvit pretium ei qui possidebar, sed Christus non solvit sanguinem suum qui dicitur pretium nostrae redemptionis diabolo qui nos capiuit retebar, non ergo Christus nos sua passione redemit.

2 Ita nullus redimit iustitiae aliquid ab aliquo quod non desit suum esse, sed homo per peccatum non desit esse sub potestate Dei, ergo videtur quod non fuit redemptus.

3 IN Contrarium est quod dicitur Petri. 1. Non corruptibilis &c. sed precioso sanguine quasi agni immaculati, uncontaminati Christi. Et Apoc. 5. Redemisti nos Deus in sanguine tuo.

R E S P O N S I O. Dicenda sunt duo. Primum est quod Christus ratione liberationis nostrae a peccato potest dici redemptor noster & mediator. Secundum est quod vtrumque est proprium Christi secundum humanam naturam.

5 Quod positi dici redemptor patet sic, satisfactio qua quis satisfacit pro peccato suo vel alieno dicitur pretium quo redemit se vel alios a peccato seu pena peccato debita, secundum illud Dan. 4. Peccata tua eleemosynis redime. Christus autem satisfecit pro peccatis nostris non quidem pecunia dando, sed dando seipsum morti & passioni pro nobis, ergo passio Christi potest dici pretium & redemptio nostra, & Christus patus redemptor noster.

6 Quod etiam positi dici mediator patet ex eodem, officium enim mediatoris est reconciliare inimicos & discordantes, sed per Christum reconciliari sumus Deo a quo per peccatum discordabamus & cuius eramus inimici, ergo Christus est mediator inter nos & Deum. Major patet. Minor declaratur ratione & autoritate. Ratione sic, per satisfactio reconciliatur offendens offensa, sed Christus per passionem suam satisfecit pro nobis vt patet ex predictis, ergo nos Deo reconciliatur. Ideo patet autoritate Apost. Ro. 5. Cum inimici effemus Deo reconciliati sumus per mortem filii eius. & Col. 1. In ipso placuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipso pacificata per sanguinem crucis eius, sicut quae in collis, sicut que in terris sunt, & sic patet primum.

7 Secundum scilicet quod est redemptorem & mediato rem est proprium Christi secundum humanam naturam, patet. Primum quod est redemptor secundum eam, Quia Christus est redemptor noster inquantum pro nobis satisfecit, sed satisfecit pro omnibus patiendo secundum humanam naturam, ergo secundum eam est redemptor noster, & hoc est quod dicit Apol. ad Galat. 3. Christus nos redemit de maledictione legis factus pro nobis maledictum. Iuxta quod adiudicandum est quod ad hoc quod aliquis redimat duo requirantur, scilicet actus solutionis, & quod pretium quod non est suum, sed alterius, talis non dicitur redimere principiter, sed magis ille cuius est pretium. Pretium autem no-

Sancto Porciano

strę redēptionis fuit sanguis Christi, vel mors eius quam ipse Christus exsoluit, & vtrumque isto modo pertinet ad Christum immediate inquantum homo est, quanvis ad totam trinitatem pertinet sicut ad causam primā cuius erat vita & mors Christi sicut primi actoris, & qua trinitate inspirata fuit homini Christo passio eius pro nostra redēptione, & ideo esse proprium & immediatum redēptorem conuenit tantum Christo inquantum est homo, quanvis positus attributus toti trinitati sicut primae causa. Quod etiam sibi soli secundum naturam humanam proprie cōueniat esse mediatorem, patet ex eodem, quia Christus est mediator inquantum reconciliavit nos deo per mortem suam ut patet ex dictis, sed mortua est secundum naturam humanam, & non secundum diuinam, ergo secundum eam conuenit cum esse mediatorem.

8 Ad primum arg. dicendum quod per peccatum homo erat principaliter obligatus Deo quoad penam, quia in Deum principaliter deliquerat, sed erat obligatus dia bolo ratione corporis cui iustitiae Deo permittente traditus fuerat, pretium autem redēptionis debet solui principaliter, non mediatores, & ideo Christus morem suam tanquam pretium nostrae redēptionis exhibuit Deo patri ad reū ciliationem nostram & non diabolo.

9 Ad secundum dicendum est quod homo dicitur esse dei dupliciter. Vno modo inquantum subiectus eius potestis, & hoc modo nonnullum deficit homo esse homo dei. Alter modo per unionem charitatis ad eum secundum illud Ro. 8. Si quis spiritum Dei non habet, huc non est eius, & hoc modo deficit homo esse dei per peccatum, propter quod homo inquantum fuit a peccato liberatus Christo passus & satisfaciens, dicitur per passionem Christi esse redemptus.

Sententia huius distinctionis. X. X. in generali & speciali.

SIVERÒ queritur vtrum Deus. Superior determinauit a maiis. Hic determinat de causis passionis. Er diuiditur in duas. Primo enim assignat causam cogivitatis passionis Secundo efficacia ipsius, Christus ergo lacerdos. Prima in quatuor. Prima assignat causam congruentiam passionis ex utilitate nostra. Secundo ex decencia iustitiae ibi, est autem alia ratio. Tertio prosequitur iustitiae ordinem ibi, sed quia iustitia. Quarto ostendit quod isto ordine pretermis potuit hominem liberare ibi, si enim tres. Secundum pars principalis, Christus ergo sacerdos. Diuiditur in tres. Primo determinat de causa efficiētis passionis quantum ad opus operari. I. quantū ad ipsam operationē causētis. Secundo quantū ad opus operari ibi, passio ergo Christi. Tertio mouet quādam dubitationē & solvit ibi, cum autem passio. Hæc est diuisio.

2 IN Speciali sic procedit, & proponit primo quod questionem vtrum Deus potuit genus humani salvare aliter quod pro mortem Christi, & respondet quod sic, sed iste modus fuit conuenientior. Quod ostendit primo ex nostra necessitate, quia per hoc mens nostra magis in Deum erigitur & ad eum amorem excitaratur. Postea ponit aliam causam quæ sumitur ex dei iustitia: hoc enim modus Christi diabolum non expoliavit, sed ex iustitia luperavit, homo enim per peccatum deo permittente potestati diabolī subditus erat, nec tamen per hoc subtraetus est a dei potestate, quia nec diabolus quārum ad dona naturalia alienus exitit a dono ipsius, per Christi autem passionem & iustitiam diabolus victus est, & homo a potestate eius erexitur. Postea declarat modum & ordinem secundum dum diabolus victus est, & dicit quod diabolus procurauit Christum occidi in quo nulla erat causa mortis, & ideo iustum fuit ut in omnes in Christum credentes diabolus perderet potestatē, & licet diabolus poterit vinciri per potestatē, magis tamē decuit ut per iustitiam vinceretur, quia ipse est impugnator iustitiae, ut nos Christum in iustitia imitemur. Postea dicit alium modum liberationis fuisse possibile, sola enim dei misericordia homo potuit liberari, cum deus super hominem & diabolum habeat plenariam potestatē, nec diabolus habeat aliquod ius detinere di hominē. Postea dicit quod Christus fuit causa efficiētis nostrae redēptionis, inquantum ipse qui est summus faceret,

Liber III. Distinctio XX.

dos, obtulit seipsum deo in hostiā & precium nostrae liberationis, & addit pater tradidit eum, & ipse seipsum, & Iudas & Iudei. Pater quia voluntate eius Christus passus est, Ipsi qui etiā passus est, quia voluit, Iudas qui eū prodidit, Iudei, qui procuraverunt eum morte, unde vnum factum fuit à predictis omnibus, mors Christi, sed voluntates fuerunt diuerse, quia voluntas patris & Christi fuit bona & ex bona intentione, voluntas autē Iude & Iudorum fuit mala, & ex mala intentione. Et ideo nō dicuntur bene fecisse, licet passio Christi quam procurauerunt fuerit bona. Et in hoc terminatur &c.

QUESTIONE PRIMA.

Vtrum humana natura debuerit reparari per satisfactionem.

Thos. 3. q. 1. art. 2. ad. 2. & q. 48. art. 2.

CIRCA distinctionem istam primō queritur, vtrū natura humana debuerit reparari per satisfactionem. Et videtur quod non, quia conueniens est quod ille qui iniuste detinet per superioris potentiam spoliatur, sed diabolus qui per fraudem suam hominem deceperat eum iniuste detinebat ergo conueniens fuit p. Christus diabolum per potentiam ipsolaret absq; aliquam satisfactionem.

2. Item sicut in opere creationis manifestatur diuina potestia, ita in opere humanae reparationis maximē manifestatur diuina misericordia: sed maioris misericordiae est peccatum absq; pena satisfactionis dimittre quam satisfactionem expetere, ergo natura humana absq; vila satisfactione debuit reparari.

3. IN Contrarium est quod dicitur Ioan. 3. Exaltari oportet filium hominis ut oīs qui credit in ipsum nō pereat, & ad Heb. 4. decebat salutis autem per passionē con summari, ergo oportuit Christum pati ut sic satisfactionē pro peccatis nostris naturā humanā repararet, & arguitur per rationem, quia secundum Aug. tanta debuit esse humilitas in redemptore quanta fuit superbia in proditore, sed proditor voluit ascendere vsq; ad summum dei secundum illud Gen. 3. Eritis sicut dei, ergo redemptor debuit descendere vsq; ad infimum hominis, hoc autem est mors, ergo per mortem redemptoris debuit natura humana reparari.

4. **RESPONSIO.** Duplex est debitum, quoddam obligationis, & aliud solius congruitatis, loquendo de debito obligationis. Dicendum p. Deus non debuit reparare humanā naturam, nec simpliciter, nec per talem modum. s. per satisfactionē. Quod nō debuit simpliciter humanā naturā reparare. Pater sic, minus est reddere alii cui equalens quām constitueret eum debitorē, sed nulla persona imo nec totum genus humanū potest reddere Deo equalens, ergo multo minus potest eum constitutre debitorē, nullo ergo debito obligationis tenetur Deus cuicunq; creature. Quod autē si velit reparare nō teperatur eam per satisfactionē reputare, sed posit absq; præ iudicio iustitiae ē sine satisfactione liberare, patet duplū ceter. Primo quia vbi nullus est iniustus patiens, nullus est iniustum faciēs. Sed si absq; satisfactionē humana natura est liberata à Deo nullus est iniustum patiens, nō homo, quia nihil ab eo auferretur quod esset ei debitor, sed potius misericorditer cōserretur quod esset gratuitū, nec diabolus, quia nihil iuris poterat allegare in hominem per eum seductum, sed potius poterat per deum culpari, nec Deus, quia nullus patitur iniustū volens, ut habetur, s. Erhi. ergo nullus est iniustum faciens. Secundo quia eadem ratione dona dantur gratis, & debita remittuntur. Sed quislibet potest absq; præ iudicio iustitiae id quod suum est alteri dare gratis, ergo pari ratione potest culpam in se cōstituta alteri gratis remittere absq; satisfactione quacunq; nec est hoc cōtra debitum iustitiae, sed est opus misericordiae, & si hoc potest homo, fortiori ratione Deus, sic igitur pater, q. loquendo de debito obligationis, Deus non debuit reparare humanā naturam, nec simpliciter, nec per talem modum.

5. Sed diceret aliquis q. hoc est verum cōsiderando natūram rerum, sed secus est, cōsiderando promissum diuinum, quilibet enim obligatur ex promissō, Deus promiserat & prænūtiauerat per os Prophetarū pari Christum suum ut repararet genus humanū ut habetur Act. 3., sicut ipsem Salvator dicit Luc. 22. Filius quidem hominis se-

QUESTIONE II.

246

cundum quod diffinitum est vadit, & vlt. cap. Necesse est impleri omnia q. scripta sunt in lege & Prophētis, & p. de me, ergo videtur q. Deus saltem ex promissō debuit debito obligationis reparare genus humanū per viam satisfactionis. Et dicendum ad hoc q. verba scripturæ q. loquuntur de reparatione humanæ naturæ prædicta nata à Deo fieri vel tali modo, non insinuant promissionem aliquam ex parte dei, sed simpliciter eius ordinatio vel voluntatem de tali modo, non insinuant promissionem aliquam ex parte dei, sed simpliciter eius ordinatio vel voluntatem de tali modo, non insinuant promissionem aliquam ex parte dei, sed simpliciter eius ordinatio.

6. Si autem loquamus de debito cōgruitatis, sic dicenda sunt duo. Primum est quod congruum fuit naturā humana per satisfactionē reparare. Secundū est quod con gruum fuit eam reparari per satisfactionē factā per mortem Christi. Primum pater sic, nobilis & perfectus habetur aliquid cum merito quām cūm habetur absq; merito (vt declaratum fuit supra dist. 18.) Quod autem recuperatur per satisfactionē recuperatur merito, & quod fin satisfactionē absq; merito, ergo nobilis & perfectus recuperari potuit natura humana per satisfactionē quām sine, fuit autem congruum vt repararet per Christum nobilior modo quo decuit, ergo decuit p. reparare per satisfactionē.

7. Secundum pater sic, satisfactionē pro omnibus naturæ defectibus debuit fieri per penam omnem defectū virtualiter continentem, sed penā virtualiter omnem defectū continens est mors, quā est finis terribilium, & ad quā omnes defectus naturæ tendunt, ergo satisfactionē per quam humana natura reparata fuit ab omnibus naturæ defectibus debuit esse per penam mortis.

8. Pr̄ter hoc autem sunt aliae congruitates. Prima est quia per hoc homo cognoscit quām Deus hominē diligat & per hoc provocatur ad eum diligendū in quo perfectio humana salutis consistit, vnde Apost. dicit Rom. 5. commendat Deus suam charitatem in nobis, quoniam cū inimici efferunt Christus pro nobis mortuus est. Secunda est, quia per hoc dedit nobis exemplum obediētis & huius militaris, cōstantiae & aliarū virtutū in passione ostensarū que sunt necessariās ad salutē humānā, vnde dicitur Petri. 1. Christus passus est pro nobis, vobis reliquias exemplum vt seq. veit. eius. Tertiā est, quia per hoc indita est homini major necessitas vt conferuet & immunit a peccato secundū illud. Cor. 4. Empti enim estis pretio magno glorificare deum in corpore vestro. Sunt etiā complures aliae congruitates quā difficile est explicare.

9. Ad primum argumentum dicendum quod quām diabolus secundum se iniuste hominē detinaret & sic debet ab eo per potentiam liberari, tamen homo iniuste detinebatur ab eo, quia in deum peccauerat quo iuste permittente diabolus detinebat hominem, & sic nō fuit per solam potentiam eripendus, sed per satisfactionē congruum, vt Deo exhiberetur reuerentia contra quem commissam fuerat culpa.

10. Ad secundū dicendum p. in opere nostrē reparationis apparuit maximē diuina misericordia non obstante q. factū fuerit per modum satisfactionis, quia cum homo per se satisfacere nō posset pro peccato totius humanæ nature modo quo postea dicetur, Deus satisfactorē dedit filium suum, & hoc fuit abundantioris misericordiae quā si peccata dimisisset absq; satisfactionē.

QUESTIONE SECUNDA.
Vtrum aliqua pura creatura potuerit satisfacere pro natura humana.

Thos. 3. q. 1. art. 2. ad. 2.

Secundo queritur, vtrum aliqua pura creatura potuerit satisfacere pro natura humana. Et arguitur quod sic, quia bonum potentius est ad agēdū quām malum, quia malum agit virtute boni, vt dicit Dionysius. 4. cap. de Divin. nom. sed vna pura creatura per malum actum potuit totam naturam humānā inficere, ergo multo fortius per vnum bonū actum potuit pura creatura satisfacere pro tota humana natura.

11. Itē illud quod cōuenit Christo ratione solius humanae naturae potest competere pura creatura, quia humanae natu-

Magistri Durandi de

*natura in Christo secundum se solam accepta est pura
creatura, sed Christus ratione naturae humanae satisfecit
pro tota humana natura: igitur &c. Probatio minoris,
qua Christus satisfecit per passionem suam pro tota natura,
sed Christus est pax eius pura & praesice secundum humanam
naturam & non secundum diuinam, ergo &c.*

3 IN CONTRARIUM est quia qui debet pro se totum quod habet non potest pro alio satisfacere, sed qualibet creatura debet pro se totum quod habet, quia totum a deo accepit, ergo nulla creatura poterit pro alio satisfacere.

4 RESPONSIo. Sicut meritum est propter acquisitionem premii, ut premium ipsum fiat debitum merenti, sic satisfactio pro peccato ordinatur ad tollendum vel soluendum debitum quod quis incurrit ex peccato, & illud debitum est reatus oecum, unde sicut oriens distincte fuit de merito

Ms. A. 1. d. 17. q. 2

B.2.d.27.q.2

2 sic nāc distinguentā est de satisfactione. De merito autē
2 de cōdigno diffīlētē fuit, nā quoddā est meriti de cōdigno
no strīctē & propriē & simpliciter sumptū quod innituit
solum valori operis, & no liberalitatī alterius, & tale me-
riti est actiū voluntaria proper quā alicui debetur merces
ex iustitia, sic q̄ si nō reddatur ille ad quē pertinet redde-
re iniūtia facit, & eit propriē & simpliciter iniūtus, & tale
meriti de condigno potest esse vnius hominis ad alium,
sed nō potest esse hominis ad deum ut ibi declaratū fuit,
qui si pro quibusq; bonis habitibus & aētibus nostris
Deus nihil amplius nobis redderet, non proper hoc effet
iniūtus, aliud est meritum de cōdigno largē sumptū in
quo attitudinē sumul quoddā dignitas seu quidā valor op-
eris, & liberalis ordinatio dei de reddendo præmio pro ta-
li opere, & hoc modo per opera facta ex charitate mere-
mur de tali condigno vitam aēternam, non solum proper-
ter valorem quem habet ex charitate, sed etiam proper
gratuitam dei ordinationē, & tale meritum de condigno
est medium inter meritum de congruo simpliciter &
de condigno simpliciter.

⁵ Confusimur distinguendū est de satisfactione con digna, quia aliqua satisfactio potest esse sufficiēs & cōdig na dupliciter. Vno modo secundū aequalitatem quantitatris ad culpam cōmisam, ita q̄ ille qui iniustus alium offendit, si cum dissimilicet iniuria offerat talem satisfactionē ius tuus est, & offensus ab eo prius si talem satisfactionē nō recipiat nec offendam remittat iniustus est, & hoc modo nullus potest satisfacere deo pro peccato mortali suo, vel alieno. Quod patet primo sic, facilius potest satisfacere homo homini q̄ deo, loquendo de satisfactione cōdigna simpliciter, quia plus obligatur homo deo q̄ homo homi n̄i, sed pro peccato pro quo aliquis meretur mortem corporalem infligendā sibi a Iudice Rēip. nullus potest satisfacere de cōdigno simpliciter, ergo pro peccato pro quo quis meretur apud Deum mortem aeternā nullus potest satisfacere de cōdigno simpliciter. Minor probatur, quia nihil temporale quod habeat homo potest esse aequalē vi t̄a sue, & ideo si peccati sit q̄ debet vi iustus amittere impossibile est ei reddere aequivalens vita sue. Secundo, quia propter peccata mortali pribut homo gratia, & incurrit debitum poenitētē, sed gratia non recuperatur, nec recuperari potest ex cōdigno per aliquid opus illius qui tam amissit, alioquin n̄ esset gratia, nec poena eterna recompensari potest in hac vita per aliam personam sibi aequalē, sed gratuito cōmutatur in contitione in personam temporalem, ergo nullus potest cōdigne & per aequalitatem satisfacere in hac vita pro peccato mortali suo, & multo minus pro alieno, ita vt Deus sit iniustus, si talem nō acceptet satisfactionē nec remittat penā culpabitam, nec aliquis vi potest sensi vnguam opositum.

6 Causa autem huius est, quia non minus obligamus deo ad satisfactionem ratione delicti commissi contra eius preceptum & obligemur ei ad recompensationem ratione beneficii accepti, sed nullus potest reddere Deo aliquid condignum secundum equalitatem quantitatis pro beneficiis ab ipso recipitis, ve dicitur. 8. Ethic. & de te notum est (no enim redditum nisi quod ab eo accipimus, & semper aliquid remanet, & quedam dura redditur melius nostra efficiuntur, quia magis credit nobis ad meritis) ergo similiter nullus potest exhibere Deo satisfactionem condignam secundum aequalitatem qualitatis pro peccatis com-

Sancto Porciano

missis ab eo, vel ab alio, & multo minus pro peccato originali quod est peccatum rotius naturæ. Et si bene pondetur causa assignata, non solum ipsa concludit quæ puræ creatura nō posit hoc modo satisfacere, sed etiam quæ nec Christus in quantum homo, vel ratione humanae nature, quia Christus in quantum homo nō potuit reddere deo æquivalens beneficis ab ipso acceptis quo ad omnia dona nature, & gratia uniuersis, & habitualis & gloriae fructus beatæ, quæ omnia ab instanti sue conceptionis acceptis a deo, & sic Christus in quantum homo nō potuit pro seipso reddere æquivalens beneficis a deo receptis. Et si ipse peccare potuerit & peccaserit, nō potuerit pro peccato suo deo satisfacere satisfactione condigna primo modo, & si non pro seipso, viq; nec pro alio & maxime pro omnibus, quia nō minus requiritur ad satisfaciendū pro aliis quam pro seipso ceteris paribus.

7 Alio modo dicitur aliqua satisfactio cōdigna secundum acceptationē illius cui fit & non similiter sicut prima. Propter quod respectu prima potest dici de cōgruo, & hoc modo potest satisfacere deo de quocunq; peccato, quia sicut inter homines amicitia non semper requiri sequitur, sed quod possibile est, sic deus qui prior dilexit nos non requirit a nobis recompensationē & quale beneficium, nec satisfactio nē quale similiter pro peccatis, quia neutrum praedictorū est nobis possibile, sed acceptat id quod facere possumus, & hoc etiam & quale & qualiter, si secundum proportionabilitatem, quia sicut se habet hoc quod deo est debitum ad ipsum deum, ita hoc quo facere potest homo ad ipsum hominem, vnde & talen satisfactio nem scriptura vocat dignā, Luc. 3. Facite fructus dignos penitentie.

8 De hac ergo satisfactione potest producere quæstio, vtrum pura creatura portuerit satisfacere pro tota natura humana. Et adhuc distinguendum est, quia aut loquimur supposita dei ordinatio, aut absolute, si primo modo fidelidictate est q[uod] nulla pura creatura potuit satisfacere pro natura humana, quia solus Christus ordinatus Deus redemptore & proprietatore pro peccatis nostris sic ut dicitur Ro. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, & per redemptionem quæ in Christo Iesu, quæ proposuit Deus proprieitate fidei in sanguine Christi, propter quod supposita ordinatione diuina per nullum alium q[uod] per Christi satisficeretur potuit pro natura humana, & eadem ratio est de oib[us] quæ sunt præordinatae ad Deum, alioquin diuina præordinatione posset falli; si autem loquamur q[uod] absolute fieri potuit, sic dicendum est q[uod] Deus potuisse si voluntate reparare humanam naturam sine vita satisfactione, & reparando per satisfactionem potuisset pro satisfactione acceptare opus prius hominis, vt Ade ponit velut alterius innocens quæ creata sit loquendo de potestate abf[er]ta, nec fuisset in aliquo dictorū modoru[m] aliqua iniustitia, quavis cōuenientiori modo reparatio nostra facta fuerit per Christum. Quod enim aliud modus furebit deo possibilis nullus tamē quæ cōueniens, clarè dicit B. Aug. 13. de Trin. c. 10. sic, Offendamus non aliū modū possibiliter deo defuisse, cuius potestati cuncta æqualiter subiacent, sed fanâdæ nostræ misericordia cōuenientior modū aliū non fuisse, q[uod] autem nulla fuisset iniustitia si deus abf[er]t quacunq[ue] satisfactione vel quâlulumc[on] modica facta per Adâ penitentem, vel per alium purum hominem de quo deo placuerit pararef genus humanum.

9. Probatur faciliter sic, pari ratione est quod aliquis det alteri illud quod est suum, & quod remittat id quod est si debitur, sed quilibet potest absq[ue] praetulicidio iustificare illud quod suu[m] est alteri gratis dare, ergo pari ratione potest culpa contra se committare, & penam culpe debet gratia remittere ab ipsa villa satiatio[n]e, vel cu[m] quantumcumq[ue] modica. Nec hoc est contra iustitiam, sed opus misericordie, & si hoc potest homo purus, fortior ratio deus cuius misericordia non est numerus. Potuisse ergo deus de potentia absoluta (nisi aliud ordinasset) acceptare pro satisfactio[n]e omni sibi sufficiente pro peccato torius humani generis opus priu[m] hominis Adae, vel alterius de quo placuerit ei, vt sicut culpa Adae redundauit in o[mn]es quantu[m] ad condemnatione & iustitiae, sic eius penitentia rediadafer in o[mn]es, quantum ad satisfactio[n]em & reparatio[n]em ex misericordia dei, talis satisfactio nem acceptantis, & non solo debito operis, & sic quam tunc actus malus Adae fuit demeritorius pro persona sua

Lib. III. Distinctio. XXI.

sua & natura humana, tantum actus bonus eius vel alterius, de quo Deus ordinasset fuisse satatisfactorius, non quidem de cōdigno simpliciter, sicut fuit demeritorius actus malus, sed de cōgruo vel de cōdigno secundū quid, ex misericordia dei acceptantis qui potest omnem culpā remittere fine villa satisfactione vel quantulacung.

10 Verumtamen magis congruū fuit, ut reparatio humanae naturae fieret per Christum Deum & hominem & per hominem purū ad erigendum spēm nostrā & accendendum charitatem nostrā, cum consideramus deum tantū nos dilexisse, ut ipsi immortali existens nostrā mortalitatē propter nos afflumeret, & per mortem suā nos ad immortalitatē reduceret, opus etiā aliquid dignitatis habet ratione agentis, quāvis principis actionis sit eiudem speciei in aliis, sicut idem verbum dictū à sapiente maiori auctoritatis est & dictum ab ignorantē, cum igitur actio humanae nature in Christo fuerit nō solum hominis, sed Dei tanquā suppositi agentis, cuiusdam amplioris dignitatis fuit ad satisfaciendum pro natura humana & actio vel passio curiungū puri hominis.

11 Ad Argumenta vtriusque partis respondentium est. Ad primū cū dicitur q̄ potenter bonum est ad agendum & malum. Dicendum est q̄ respectu effectus positivi in naturalibus bonum est potenter & malum, quia malum vt malum cū sit priuatio nihil agit nisi virtute boni in quo est, & sic loquitur beatus Dionysius locuens de actionibus naturalibus, sed in morib⁹ facilius est male agere & bene, vt appareat ex. 2. Ethico. & ex mala actione posunt sequi plura mala quam ex bona actione sequentur bona secundum legem contra quam fit mala actio, & sic fuit in primo peccato, quia primus homo peccando prius sit, & totā posteritatem suā donis fibi datis pro se & posteritate si nō peccaret, sed nō fuit ei datum q̄ pro se & posteritate satisfacere posset, quanvis potuit ei dari.

12 Per idem patet ad secundū, quia de potentia absoluta potuit satisficeri de cōgruo pro tota natura per puram creaturā, nisi Deus alius ordinasset, quod fuit melius & honorabilius pro nobis, vt dictum est.

13 ARGVMENTVM in oppoſitum solum probat quid pura creatura non potuit satisfacere pro tota natura satisfactione condigna simpliciter & propriè, quod concessum est.

DISTINCTIO XXI.

Sententia huius distinctionis in gene-

rali & speciali.

POst praedicta considerandum est. Superiorius determinavit Magister de his quae Christus cum humana natura suscepit, scilicet de gratia & scientia, & de his quae per naturam eius est operatus, scilicet de meritis ipsis. In parte ita determinat de morte eius quā suscepit in natura humana & diuiditur in duas. Primo determinat ea que ad mortem Christi pertinent. Secundo de his quae consequuntur ad eā decimatercii dist. Hic oritur quaestio. Prima est presentis lectionis. Et diuiditur in duas. Primo inquirit vtrū mors fuit in Christo per separationem diuinitatis a carne. Et secundo (supposito quid non) ostendit quā ratione Christus dicatur mortuus ibi, recedente vero anima. Hæc est diuisio &c.

2 IN Speciali si procedit, & primo proponit questionem vtrum in morte Christi fuerit deitas a carne separata, & dicit q̄ quidam dixerunt quid fuit caro in morte fuit separata ab anima, ita & deitate, quod offendit tali ratione, quando duo per medium vniunq̄e recedentes medio recedit vnius, sed caro est vnitate diuinitatis Christi mediante anima, ergo recedente anima fuit caro a deitate separata, sed in morte Christi fuit anima a carne separata, alias non fuisse vera mors quae est in separatione animi a carne, ergo caro fuit separata a deitate. Deinde confirmat hanc opinionem per autoritatem Ambro. tristantis illud P̄f. Deus Deus meus ut quid dereliquisti me, qui dicit de Christo, clamari homo separatione deitatis moriturus. Ex alio viderut q̄ non potuerit aliter mori, nisi fuisse a carne diuinitas separata. Postea respondeat Magister sic ad predicta, si enim sic intelligitur derelictione per separationem diuinitatis quasi facta vnionis solutio tunc Christus adhuc viuens in cruce fuisse homo & nō

Quæstio I.

247

Deus, sed hoc est falsum, ergo in morte fuit deitas separata a carne. consequenter autem exponit verba Ambrosii dicens quid Deus pater dicitur Christus hominem deliquerisse ipsum exponendo potestari & dominio persequebitur. vnde quod hoc dicitur deitas separata per subtraktionem protectionis & defensionis, nō autem per solutionem vniōnis, & ideo separauit se diuinitas foris ad defensionem, sed intra non defuit ad vniōnem, & hoc confirmat per figuram ver. test. de duobus hincis, quorū unus in desertum mittebatur, alter immolabatur, per duos autem hinc intelliguntur in Christo duas nature, quarum una est tempore passionis immolata, scilicet humana, altera, id est, deitas in celum abiit, non loci mutatione, nec vniōnis solutione, sed potius defensionis subtraktione quod usq̄ ipius Christi passio consummaretur. Postea ponit autoritatem cui iniicitur opinio contraria, & est Athanasius qui dicit quid iste homo fuit assumptus in resurrectione, quod verū non esset nisi diuinitas eum in morte reliqueret, & sic fuit deitas a carne separata. Postea respondet Magister q̄ totum hominem assumptum in resurrectione, & totum depositum in morte. Non tamen anima & carnem defuerit, & ideo pro eo autoritas non facit. Postea dicit q̄ Athanasius hoc dicit contra quosdam haereticos qui negabant Christum surrexisse, & animam non fuisse corporis vniōnem, & concludit Magister sic veritatem, quid in morte separata est anima a carne proprie quod verē dicitur mortuus, sed neutrum illorum separatum est a verbo. Postea hanc veritatem per plures autoritates confirmat. Addit etiam secundū Ambro. q̄ Christus sponte tradidit seipsum. Ultimum dicit quia ratiō Christus dicatur mortuus & passus: quia propter communicationē proprietatis de se inuenit etiam propter vniōnem in persona predicationis, sicut enim dicitur mortuus homo, quia caro est mortua, sic quia homo est mortuus, etiam Deus dicitur mortuus, & similiter Deus passus propter carnem & animam diuinitati vnitā, quia eterne doloris sensit, diuinitas tamen expers doloris fuit, sic igitur dicitur mortuus & passus dei filius, quia caro vnitate amine fuit passa & mortua. Et hoc confirmat per autoritatem. Addit autē q̄ potest dici q̄ Deus mortuus est & nō mortuus est passus est & nō passus est, negatū enim sunt verē secundū diuinitatem, affirmatiū secundū vnitatem. Et in hoc terminatur &c.

QUÆSTIO PRIMA.

Vtrum in morte Christi diuinitas fuerit separata ab humanitate.
Tho. 3. q. 50. ar. 2. & 3.

Circa quaestionem istā queritur de duobus. Primum est vtrum in morte Christi diuinitas fuerit separata ab humanitate. Et arguitur quid non, quia illud quod conuenit alii per gratiam nō amittitur nisi per culpam, sed vno humanitatis Christi cum diuinitate fuit per gratiam & non per naturam, Christus autem nō contraxit, nec committit aliquam culpam, ergo illa vniō nunquam fuit soluta.

2 Item humanitas resultat ex corpore & anima vnitatis ad inuicem, sed in morte Christi corpus & anima remanserunt vnitate ut probabitur, ergo & humanitas resultans ex eis. Probatio minoris, quia quicunque vni & eidem sunt eadem illa inter se sunt eadem, ergo similiter ut videatur quicunque vni & eidem sunt vnitate inter se sunt vnitata, sed corpus & anima Christi remanserunt vnitata in morte eidem supposito diuino, ergo remanserunt vnitata inter se.

3 IN CONTRARIUM arguitur, quia vera mors non est nisi per separationem animae a corpore, sed Christus fuit vere mortuus, ergo anima eius fuit vere separata a corpore, sed humanitas resultans solus ex anima & corpore vnitatis ad inuicem, ergo per mortem Christi humanitas eius desit esse, & per consequens desit esse vnitate diuinitatis.

4 R E S P O N S I O . Differt cessatio vniōnis & separatio vniōnōrum. Cessat enim vniō aliquorū per defensionem alterius extremitatis, sed non separantur propriè nisi quae manet post soluta est eorum vniō, vnde forma naturales aliae